In Imperio Augustissimi
NICOLAI 1mi
Imperatoris et Authocratoris
Totius Rossiæ etc. etc. etc.

Fr Antonius Butkiewicz Sacræ Theolo
giæ Lector Jubilatus Definitor Habitua
lis ac in Gubernijs suæ Imperatoriæ
Majestatis.
Ordinis Minorum S[cti] Patris Francisci Observantium
Minister Provincialis et in Domino Servus Di
lectis nobis plurimum in Christo A Adm RRdis
RRdis A Adm et MM Venerandis Patribus
ac Fratribus Salutem in Domino et Seraphi
cam Benedictionem.

Acta eventaque Capituli immediate celebrati huiusque
promulganda demitteremus, quousque electi Ministri Pro
vincialis qualificationes strictissimam modo ad indaginem
redactæ enodarentur, quoniam hujusmodi aliqua ex parte comper
tas non ambigimus nihilum superest nisi Capitalarium Ele
ctorum votis correspondendo, hisce illos ac omnes Patres et Fratres
in Christo dilectissimos affamur, quibus loco in ipso ad scopum
vergentis Capituli precabamur obsecrabamusque, ut quam
nos infirmitate antea pressos nondum illa exsolutos in re
gimen almæ Provinciæ plurimis oneribus utut in modernis
undequaque infaustis circumstantijs onustum deligeritis ve
stris auxilijs nostram imbecillitatem suffragemini, nimirum
ut commissa vobis munia perficiendo ac si fieri queat

queat dupla strenuaque cum sedulitate ad laborandum, levamen ac juvamen nobis prestetis nec non vestra, quam primum Va cationi testante Divo Doctore gentium correspondeatis Alter alterius onera portatis et sic adimplebitis legem Christi, Tan dem quae sacra ipsa proffessione nostris imposita humeris quae jura constitutiones et decreta exequenda sciamus, illa omni mode exequi debeamus, et haec demum quae venerabili Definitorio devolvenda trutinandaque obiavere devoluta, trutinata ac de finita prout nostras attinet partes sequenti tenore promulga mus ac Vestris Patres ac Fratres dilectissimi curis peragenda commendamus:

1° Modernis temporibus non raro practicabatur, quod aliqui ex nostris Religiosis neglecta superiorum localium et A.R. Patris Ministri Provincialis cura authoritate et jurisdictione supplicabant et procurabant sibi apud Illustrissimos Episcopos vel Consisto ria favores atque privilegia et eos importunis suis querelis incum debant frequenter sub ementito praetextu praecludendo igitur his abusoribus viam, Venerabile Definitorium adhaerendo voluntati et mandato Illustrissimi Episcopi Minscensis Mathei Lip ski et aliorum Illustrissimorum Episcoporum statuit ac praemonet omnes Patres ac Fratres ut nemo horum sub quo vis praetextu audeat directe a se mittere petitiones ad Illustri ssimos Episcopos vel Consistoria praetereundo suum Religio sum Regimen, et Officium Ministri Provincialis Quicun que enim contraire ausus fuerit, juxta mandata supremi Regiminis punietur severe ab Episcopis, et a Ministro Pro vinciali et ejusdem postulata querela vel causae etiamsi ju stae sint infructuose prorsus manebunt.

2° Quoniam Illustrissimus Episcopus Andreas Benedictus Klagiewicz Administrator Dioeceseos Vilnensis per suas litteras communicavit Patribus Provinciae et Definitoribus in hoc Capitu lo congregatis suam decisionem, neminem sacerdotum ordinis no stri in sua Dioecesi existentium ab eo approbari pro excipiendis con fessionibus, sine praevio et stricto examine ex Theologia Morali et Pastorali Ideoque Venerabile Definitorium praemonet omnes praesertim juniores sacerdotes, ut tempestive praeparent se et sedulo versantur in perlegendis et addiscendis tractatibus Theologicis maxime necessariis exercendam licite potestate da vium ligandi atque solvendi.

3° Necessitas exigit et mandata suprema strictam obliga tionem injungunt ut omnes Professores Scholarum Saecula

secularium in exponendis scientÿs non alia lingua utantur, nisi Rossiaca: quapropter insistendo huic necessitati Venerabile Definitorium præcipit omnibus Scholarum Professoribus et Præfectis, quatenus illi interim diligentissimam adhibeant curam in addiscenda et comparanda sufficienti notitia prædictæ linguæ. —

4° Vacuum est deplorata sorte quod A. R. Pr. Edvardus Juszkiewicz L. S. T. D. et Ex Minister Provincialis et Pater Provinciæ Primarius zelosissimus Vir anno currente 10 Maÿ in Conventu Citovianensi senectute debilitatus mortalitatis debitum exsolverit, commendata igitur anima ejus per pia desideria misericordissimo DEO. Venerabile Definitorium una cum Patribus Provinciæ in Capitulo hoc congregatis revocans in memoriam Egregios et assiduos labores A. R. P. Henrici Skarzkowski L. S. T. D. et iterato Ex = Ministri Provincialis successoris ejus viri dignissimi colendissimi Eum ut Patrem Provinciæ Primarium cum intima teneritudine cordis et gratitudine pro semper duratura salutavit et omnibus Religiosis nostri Ordinis salutationem hanc manifestam facit. —

5° Acceptis certissimis notitiis quod Fr. Flavius Piątkowski pro divagatione furtiva e Conventu Zaslaviensi et falsificatione sibi liberi passus cum appositione sigilli Conventus Decreto Consistorÿ Luceoriensis damnatus est ad pœnam pœnitentiæ Novitiatus unius anni Zaslaviensis, adhuc ~~occupicatur~~ occupatur variÿs excessibus sine ulla correctione! Statuit Venerabile Definitorium et decrevit addere ei secundum annum pœnitentiæ in eodem Novitiatu cum injunctione recollectionum quolibet mense duorum dierum. —

6° Causa diminutorum Conventuum et exinde multiplicati numeri Religiosorum in relictis Conventibus Venerabile Definitorium attendendo officium Provinciale et multitudinem ejus quasi aggravare conventus, item variÿs ex circumstantÿs statuit et decrevit minui hoc officium suppressione socÿ Provinciæ

7 Vi constitutionis emeritandorum quoniam non nulli ex bonis patribus jam pervenerunt ad determinatum emeriturae terminum, exinde Venerabile Definitorium perpensis illorum vitæ progressibus et officiorum laboribus in documentum justæ æstimationis condecorat respectivis titulis altioribus gradibus, et post mortalibus suffragiis sequentes: Et quidem R. P. Jacobum Narkiewicz Sacræ Th. L. Actualem R. P. Antonium Mauthewicz S. Th. L. Actual.

R.P. Rufinum Kimbar S.T.L. Act: titulo Admodum Reve
rendorum et Sacrae Theologiae Lectorum Laurea Jubilatorum.
Reverendos Patres Simonem Gross Proffessorem emeritum
Chrysanthum Cytulowicz Praedicatorem Generalem Petrum Bonak
titulo Adm Rndorum Patris provinciae aggregati.
Reverendos Patres. Theodorum Paszkiewicz Linum Łabanow
ski. Brunonem Krownacki. – Alexandrum Krupski titulo Pro
fessoris emeriti cum binis majoribus suffragiis. R.P. Joanem
Butrimowicz Titulo Praedicatoris Generalis cum binis majoribus
suffragiis. R.P. Marianum Stankiewicz condecorat Titulo Defi
nitoris aggregati cum binis suffragiis minoribus. A R.P. Petro
Bonak R. Patribus Hipolyto Turowicz Paterno Woyszwitto
bina per Conventus Minora suffragia adjudicat. Fratribus Ter
tiarijs – Danieli Możeyko Damiano Jurewicz bina minora
per Conventus Suffragia AV Patres Martialem Pluszkie
wicz. Silvestrum Staniewicz. – Venceslaum Butto. – Brunonem
Krownacki Ignatium Kadetto. Lucam Stawgiewicz. Vincen
tium Jazdowski Dominicum Jagiełłowicz Alexandrum Kaz
daylewicz Salvatorem Woythiewicz Clodualdum Chilkiewicz
Hieronimum Sidabrowicz Pium Missewicz Anzelmum Ra
cewicz Joannem Graiewski Justum Wiełłowicz Rufinum Ła
jewski Leonardum Moroz Andream Urbanowicz Franciscum
Piełkiewicz Dyonisium Butrym Laurentium Marcinkiewicz
Aloisium Lemieszewski Paulum Jasowski Ignatium Pro
kopowicz Viatorem Gałuszewski Cyprianum Jankiewicz
Fortunatum Prokopowicz Florianum Gibaszewski Mathiam
Bartoszewicz Dominicum Łatukiewicz Jacobum Żabicki
Jucundinum Abramowicz Josephum du bois Titulo ~~Adm~~ Vene
Reverandi Patris. – Venerandos Patres Rufinum Bucewicz
Joannem Krzyżanowski titulo Multo Venerandi Patris
Hos omnes sic renumeratos declarans Venerabile Defini
torium sperat illos fore Matri Provinciae perutiles et in
defessos operarios in vinea Christi Domini Servatoris no
stri

8° Adjungimus vobis Patres ac Fratres dilectissimi notitiam
de obitu Fratrum nostrorum qui post praeteritam publicatio
nem Encyclicarum universam carnis viam ingressi sunt nempe
Anno Domini 1833 Fr Fabianus Maceykowicz Datnoviae
31 Julij R.Pr. Hilarius Szyteykowski Datnoviae 31 Augusti
M.V.P. Stephanus Jawtoch Mensci. Septembris 3 M.V.Pr
Franciscus Dowtort Drysie Septembris 17 die